

APOLOGIA
MADRICIAE
CONVENTIONIS, INTER CRI-
stianissimum Francorum Regem, &
Carolus electum Imperatorem,
Dissuasoria.



¶ Venundatur Parhisijs, a Gallio Pratenfi, sub
primo pilari Aule Regie locum ha-
bente. M. D. XXVI.

¶ Cum Priuilegio Regis amplissimo.

H Rancoys par la grace de dieu Roy de frâce Au preuost de paris
et a tous noz aultres iusticiers et officiers ou a leurs lieutenans
salut. Receuez auos l'humble supplication de nre cher et biē ayme Galliot
dupre libraire demourāt en la Ville de paris Cōtenāt q̄ a grās fraiz
et mises il a recouuert Vne appologie por rēdre a ceulx q̄ Vouldroient
nous inculper de nauoir obserue et garde le traicte faict a madric entre
lesleu en empereur dune part et no^r daultre Laq̄lle appologie il feroit
Volentiers Imprimer Et pour ce faire a desia faict plusieurs ppara-
titz Toutefois il doubte q̄ aps ce q̄l aura faict imprimer ladicte ap-
pologie aultres libraires ou Imprimeurs la Voussissent sēblablement
faire imprimer Qui seroit p ce moien le frustrer de ses labeurs fraitz et
mises q̄lz a faiz pour icelle recouurer Si par nous ne luy estoit surce
pourueu et subuenue de nre grace puiſiō et remede cōuenable hūblement
requerāt icelle Pourquoy nous ces choses cōsiderez Inclināt a la sup-
plicatiō et requeste dudit suppliāt No^r Vouliāt ses fraiz et mises estre
il lusoires audit galliot du pre auos pmiſ et octroie pmetōs et octroie
Voullōs et no^r plaist de grace especial p ces pntes que ladicte appologie
ainsi par luy recouuerte il puisse luy seul Imprimer ou faire imprimer
p q̄ bō luy sēblera soit ē nre Ville de paris ou ailleurs en nre royaume
durāt le tēps et terme dūg an a cōpter du ior et dacte de ces pntes Sās
ce que pēdāt ledit tēps aultre q̄ luy puisse imprimer ne faire imprimer
laditte appologie Si Vo^r māōs et cōmetōs par ces pntes et a cha-
cun de Vo^r surce requis et sicōe a luy partiēdra que de nre pnt grace
cōge pmission et octroy Vo^r faictes souffrez et laissez ledit galliot et
ceulx q̄ aurōt de luy pmission et puiſſace ioyz et Vser plainemēt et paifi-
blemēt En faisāt ou faisant faire inhibition et deffence de par nous A
tous libraires et aultres persōnes de nō pendāt ledit tēps imprimer ne
faire imprimer laditte appologie et ce sur certaines et grās peines a no^r
a applicquer Et de p̄dicion de laditte appologie quilz pourroiet faire
Imprimer Car ainsi no^r plaist il estre faict Et audit dupre lauons
octroie et octroions de grace especial par ces pntes māōs et cōmāōns
a to^r noz iusticiers officiers et subgetz que a l'executiō de ces pntes soit
obey. Dōne a Amboise Le dernier iour de Juillet Lan de grace mil
cinq cens Vingt six Et de nostre regne le douziesme.

Par le Roy.

Beruoet.



I QUI FORTE SVNT
qui cristianissimi Regis fide
in dubium adducant, quod
initum cum electo impera-
tore foedus minime seruarit.
Rogatos eos velim, ne prius
quicquam animo concipiāt:
suūue iudiciū proferant,
q̄ veritatē, reiꝫ ipsius gestæ seriem cognouerint.
Quam vt planius intelligerēt, opereꝫ preciiū factu-
rum me existimaui: si ea oīa his scriptis mādarem.
Cum primū rex ipse cristianissimus, Gallici re-
gni administrationem suscepit, nihil vnq̄ aut pros-
pensius/optauit, aut diligentius/curauit, quam vt
contracta, cum cæteris cristianis, prius amicitia,
florentes regni/atq̄ ætatis/suę vires, in sequissimos
cristianæ fidei hostes conuerteret. Quod vt tan-
dem assequeretur nullis laboribus: nullisue impē-
sis pepercit, varieꝫ cum eisdem principibus, præ-
sertim cum electo impatore fœdera percussit. Quę
cum ad communem cristianæ reipublicæ salutē,
subditorumꝫ vtriusꝫ commodum, ac vtilitatem
pertinerent: firma semper atq̄ inuiolata apud eū
fuere. At vero non eadem sibi fides seruata / de-
negatus siquidem Neapolitani regni census / ne-
glecta Nauarrensis regni restitutio, clandestinis
conspirationibus insidiatum Mediolanē. domi-
nio/iuramentum, quod pro Arthesij ac Flādræ co-
mitatibus: ad dictam diem, quę in se certā hominis
interpellationem continet, non modo, nō præsti-
tum, sed ne oblatum quidem: ac pleraꝫ alia com-
missa, quæ superioritatis iura, ad eundem cristia-
nissimum regem, in ipsis Arthesij ac Flandriæ co-
mitatibus pertinentia aperte ledunt. Quod vero

Insinuatio.

Narratio.

*Cristianissimi re-
gis cura ab initio
regni.*

*Cristianiss. regi
fides in multis ui-
olata.*

Carolus Borbo-
nius pollicitis ad
defectionem im-
pulsus.

Eiectum a Medio-
lano Gallicū præ-
sidium.

Massilia obfessa.

Mediolanum re-
cipitur.

Cristianissimus
rex in hostiū ma-
nus incidit.

Cristianiss. regis
uires apud ticinū
disiectæ, potiusq̃
fractæ.

lōge grauius fuit, Carolus Borbonius subiectio-
nis ac fidelitatis iure, eidem regi obstrictus, mul-
tis pollicitationibus / ad defectionem impulsus.
Denique, postq̃ hec ac pleraq̃ alia: quæ sigillatim
recensere lōgum esset: in ipsius regis ac regni per-
niciem tentata sunt: tandem ad arma ventum est,
bellumque diutius gestum in Mediolanensi ducatu,
sibi hereditario iure & sedis apostolicæ decre-
to spectante, quemque felicis recordationis Ma-
ximilianus imperator, huius Caroli auus iure feu-
di concesserat. Eiecto de hinc, non multo post, ab
ipso Mediolanensi ducatu cristianissimi regis præ-
sidio, cum tandem electum imperatorem quietur-
rum, belliq̃ tam graue incēdium extinctum iri ar-
bitraretur, tunc potissimum ab eo suscitatum est.
Nimium enim aspiranti sibi fortunæ confidens,
comitatum prouincię Francorum regum antiquū
patrimonium, cum exercitu inuasit, Massiliamq̃
obsidione circundedit. Hac necessitate adductus
cristianissimus rex, vires suas collegit, exercitum
comparauit: quo suos fines ita tutatus est, vt ho-
stes relicta obsidione, spem salutis, in fuga, ponere
coegerit. Fugientes persecutus, Mediolanensem vr-
bem recepit. Postremo, dum ad Ticinensem urbē
obsidendam, animum intendit, malo quodam fa-
to aduersante: potius fortuna q̃ hostium virtute,
aut rei militaris scientia, dum prælium ipse susti-
net, aliosq̃ ad resistendum excitat, in hostium ma-
nus incidit. Quo successu cum non tam vicisset
electus imperator, q̃ in maius periculū incidisset,
si quidem integris fere adhuc regis viribus, quæ
disiectę, potius q̃ fractę erant, concitataq̃ in electū
imperatorem ipsum vniuersa Italia, quæ crescens

CONVENTIONIS.

tes eius vires horrebat, tumultuantibus Germa-
nis militibus nec tam imperium detrectantibus;
quod ad defectionem spectantibus, ob non præstita
longi temporis stipendia: quæ nec præstari pote-
rant, non constabat, quo in loco ipsum Regem
custodire posset. In hac igitur rerum perturba-
tione, cum illustrissima Ludouica Regis mater,
cui vniuersam Galliam administrandam commis-
serat, saluberrimum consilium pro eius filio ac to-
tius Italiæ salute, cœpisset, vt dissidentem Cæsaris
exercitum (quod facillimum erat) opprimeret,
sicque regem ipsum in libertatem vindicaret. Cæ-
sar vt imminenti periculo occurreret, plurima per
nuncios suos polliceri, pacem, amicitiam, atque
affinitatem, regi offerre non destitit.

¶ Præterea qui cum ipso rege erant Cæsaris animū
in eum exploratum habere asserebant, illius cle-
mentiam commendabant: vnum superesse, vt ad
ipsum Cæsarem se conferret, facile non modo li-
bertatem, assecuturum, sed etiam fidem, perpe-
tuamque, sibi ac vniuersæ cristianitati, salutarem
pacem compositurum.

¶ Quibus rationibus idem Rex cristianissimus,
animum induxit, vt sua classe, quando aliter, fieri
non poterat, in Hispaniam traiceret, vbi rogan-
do, atque suadendo, summopere contendit, vt si-
multatibus, tandem depositis, labenti Cristianæ
reipublicæ, subueniretur, Satis superque sangui-
nis effusum, direptam prorsus ac vastatam esse Ita-
liam passim neces, passim incēdia conspici. Factū
his cōtentionibus esse vt potētissim⁹, atq; acerrimus
hostis cristianæ religioni, quotidie insultet. Qd

A in

*Crescentes Caro-
li electi imperat.
uires horret Ita-
lia.*

*Tumultuatur Ger-
mani milites, cri-
stianis. regem de-
tinentes.*

*Consilium sapit il-
lustrissima Ludo-
uica regis mater.*

*Plurima cristia-
nissimo regi pol-
licentur
Caro. electus im-
perator, & eius
milites.*

*Cristianissimus
rex propria clas-
se in Hispaniā ue-
hi curat.*

*pacis cond. tiones
querit &horta-
tur cristianis. rex*

Deus opt. max. omnium rationem exigit.

Pecunia pro redemptione, a christianissimo Rege offertur.

Oblata adspersa.

Conditiones impossibiles proponit Carolus elect.

Imperator, Perpetuos carceres minatur Carolus elec. imper.

Cristianiss. rex in grauiissimū morbum incidit.

Ad cristianissimū regē extremis penē laborātem accedens electus imperator, meliorem libertatis consequendae spem pollicitus.

Carissima cristianissimi regis soror & legati ab eo accersuntur.

Cristianissimi regis protestatio in Italia.

si religione, si pietate non moueretur, saltem sciret deum optimum maximum horum omnium rationem exacturum. Quantum autem ad se attineret paratum esse ad perpetuum foedus, atque amicitiam cum eo sentiendam, eamque pecuniarum summam pro libertate sua redimenda, exoluendam, quae captiuo Gallorum regi conueniret. Haec Caesar cum aspernatus est, tum cristianissimo regi, eas proposuit conditiones, quas etiam si maxime vellet praestare non posset, quippe qui se regem ipsum aliter dimissurum negauit, quam si Burgundiae ducatum in se transtulisset. Alias praeterea iniquissimas conditiones adiecit, quas enarrare longum esset. Ad haec perpetuos carceres, ac pleraque alia grauissima incommoda non modo regi, sed cuius alii indigna comminatus est. Quibus rex ipse cristianissimus illusum se, ac variis pollicitationibus circumuentum, facile cognouit. Longa itaque animi, corporisque molestia vexatus, in grauissimum ac periculosissimum morbum incidit. Tunc veritus Caesar ne quod mente conceperat, easque gallici regni prouincias: quas iam imperio suo, adiacere destinauerat: inopinato regis interitu, amitteret: sicque publicum odium in se conuerteret, ad regem cristianissimum ultimum spiritum vix trahentem, accessit; neque hortando/aut pollicendo/destitit, donec in meliorem consequendam libertatis spem, eum induxerit. Cum vero is dei optimi maximi voluntate conualuisset, legatos suos sororemque carissimam Caesarem oratum acciuit, ut honestis pactio- nibus, quas obtulerat, contentus; se libertati remitteret. Illud rursus attenderet quod etiam in Italia suis testatum reliquerat, si iniquas aut eas quas praestare non liceret, conditiones/extorqueret, minime ob-

CONVENTIONIS.

seruaturum: quin si daretur occasio iniuriam: quādoque vindicaturum. Cum itaq; multa, duri atq; infensi animi signa, in Cæsare cognouisset: facile perspiciebat, se nūquam nisi expleta Cæsaris imensa cupiditate libertatem adepturum, veritus igitur ne valetudine nōdum satis confirmata, ex hac animi indignatiōe, in exitialem morbum incideret, neve tumultus aliquis in regno suo, ipso diutius absente, suboriretur, quod alijs temporibus accidisse, repetebat. Iusto etiam perpetue seruitutis mœtu permotus, cum nulla alia ratiōe carceres, euadere posset, animo præterea reuoluens, In hoc felici rerum successu, atq; ob potentissimas Cæsaris vires, neminem esse, qui vel armis, vel auctoritate, ad obseruandas illas cristianorum leges, adducere eum posset: quæ bello captum perpetuis carceribus addici vetant, tanq̃ indignum, minime q; cristianæ religioni conueniens, verum ad precium pro redemptione paciscendum admittunt. His omnibus de causis, ad eas rex cristianissim⁹ conuentiones, deuenit, quas Cæsar optauit, ac voluit, nō tam quidem turpes, suoq; regno perniciosas, q̃ indignas, vtab ipso Cæsare, postularētur. Cæterum et si cristianissimo regi, perspicuum esset, eiusmodi pactiones, inhonestas atq; indignis conditionib⁹ initas, & firmatas esse. Nihilominus vbi primum regni sui fines attigit, procures ac senatores suos conuenire iussit. Quos omnes re diligenter prius enarrata, quid iure, quidve ex dignitate sua faciendum esset consuluit. Hi vero matura cōsultatione adhibita, In hanc sententiā respōderūt.

CFœdera et conuentiones insolitas, quæ maximū in se promittentis damnum continent, cum potētiore initas, iure, vi extortas censerī, atque ideo mi-

*Multa duri anime
electi imperatoris ē
cristianissimum
regem signa.*

*Occasiōes Madri
ciæ conuentionis
temptandæ à cri
stianissimo rege.*

*Cristianorum leges
bello captos p
petuo detineri ue
tant, si precii re
demptionis offe
ratur.*

*Gallie procures,
in consilium uo
cat cristiani. rex*

Confirmatio.

Iusiurandum Remense.

Non licet provinciam inuitis subditis in alium transferre.

Protestatio Italica regij iuris conservatiua.

Deo Op. Max. cura fuit christianis. regis ac regni libertas.

Senatus Gallicani graui iureiurando ad regni tuitionem obstricti si milia conuenta, nunquam admisiuri.

nime seruandas. Insuper regem ipsum, de more in Remensi ciuitate inter cōsecrationis ceræmonias iureiurando obstrictum, ne regni patrimonium, alienaret. Ideoque, si quid contra iusiurādum pollicitus fuerit nequaquā obseruandum. Iure præterea cautum esse, non licere ciuitatem, aut provinciam inuitis repugnantibusque subditis, in quempiam transferre. Non igitur, absque eorum consensu, ad huiusmodi alienationem deuenire, potuisse. Rursus postquam testatus fuerat si iniquas conditiones Cæsar extorqueret minime seruaturum, satis sibi, honorique suo, consultum. Quin potius mirandum, quonam pacto cum de regis ipsius libertate postea ageretur. Hæc aut neglecta fuerint, aut Cæsar's memoria, exciderint. Ita vt fatendum necesse sit, ea dei optimi iudicio contigisse, cui regis cristianissimi libertas curæ erat.

¶ Et vt alia multa omitterentur, quis erat, adeo rerum Gallicarum ignarus, qui non intelligeret fieri nunquā vlla ratiōe posse: vt senatus (quos ipsi Fræcię parlamenta vocant) quorūque consensus omnino secundum conuenta, habendus erat, alienationem huiusmodi admitterent, aut obseruari paterentur, cum graui iureiurando sint ad ipsius regni, tuitionem ac cōseruationem obstricti. Quid vero subditas regno nationes, quid populos, ceterosque Gallie, conuentus, agitatuos aut dictuolos fuisse opinari liceret, cum animo reuoluissent, antiquum ac potētissimum quondam hostē, in ipsius regni viscera recipiendum, tutissimumque ac firmissimum Gallie propugnaculum quod diu regno annexum fuerat in exterarum nationes transferendum. An igitur, eorum consensus, sicuti regi cum Cæsare conuenerat, sperandus foret? præser-

rim cum illud in mentem veniret, ipsum electum imperatorem, nunquam regem propriæ fidei commisisse, imo ei noctu atque interdiu assiduo, custodes adhibuisse, donec carissimos eius liberos, ipsi quibus illorum suscipiendorum negotium mandatū erat obsides tradidisset. Quo fit ut libertatem, quam ex eorum captiuitate adeptus fuerat, iure belli retinere possit. Illud quoque adiciebant, aperti iuris esse nullam datæ fidei rationem habendam, ubi vel mortis aut perpetuæ seruitutis, vel carceris periculum impenderet. Idque potissimum: si vi ac metu extorta fuerit promissio. Iam vero neminem non fateri regi christianissimo licuisse, cum iam oblatas condiciones, & quæ iure sperni, minime poterant, nihil proficerent, quoquomodo libertatem querere præsertim cum nullus esset, ad quē pro illata iniuria prouocaret, quique sibi regnoque suo periclitanti, opem ferre posset. Denique alia etiam ratione fieri, nullo modo posse, ut Burgundiæ ducatus sicuti conuentum fuerat alienaretur, aut in Cæsarem transiret. Siquidem ducatus ille, per Ioannem Francorum regem, cum Normaniæ ducatu, sic annexus atque (ut eorum utar vocabulo) regno incorporatus fuerat, ut diuidi nullo pacto, aut separari possit. Cum itaque eisdem gubernetur legibus quibus & vniuersum Galliæ Regnum, cui annectitur, illudque proculdubio, aut in feminas: aut qui ab eis descendissent, lege salica transire prohibeatur eodem iure, nec ducatus ipse transferri, potuisset. hæc cum longiori sermone, dicta fuissent, non tamen Christianissimo regi visum est in eam sententiam prius inclinare, quam exteris etiam principibus, amicis ac federatis suis, rem omnem per nuncios ac oratores aperuisset, ut in hac re quid sentirent intelli-

Cristianissimo custodes etiam post conuenta à Carolo electo imperatore adhibiti.

Promissio ui extorta nullius momenti.

Burgundiæ ducatus Gallicanæ coronæ sic per Ioannem Francorum regem annexus, ut nullatenus separari queat.

L. salica in Burgundiæ ducatu seruanda.

Principes externos amicos & confederatos, consulit cristianissimus.

*Iniquæ conditio-
nes Madricie cõ
ventionis.*

geret. Horũ aut oĩm illud fuit iudiciũ, tam inhonestas, tam iniquas regnoq; pñitiosas pactiões, minime obseruãdas. Etem pter qd' ducatus Burgundie alienationem continebãt, feudo comitatum, Arthesii & Flandriæ, cedendum erat, Matiscõnẽsem comitatum Auxoniæq; vicecomitatum, cum feudo, comitatum carcellensem cum superioritatis iure, ac resorto, transferendum erat. Cedebatur Neapolitano Regno Mediolanensiq; ducatu, cæterisque omnibus, quæ iure ad eundem cristianissimum regem, eiusue regnum trãs alpes & in Italia spectant. remittebatur maxima pecuniarum summa, qua idem electus imperator, iam pridem regi obstrictus erat. Quod vero omnino indecens cuique videri debet, Rex ipse cristianissimus cũ exercitu mille cataphrattorũ equitũ, sex milium pedum, quibus integra sex mensium stipendiã q̃ primum exoluenda erant, Cæsarem ad coronam imperii Romæ suscipiendam comitari tenebatur. Instruenda pariter erat regi ad eandem expeditionem classis, cui ii tãtum præessent, qui ab electo imperatore ipso deligerẽtur, ita vt ne fideiussionibus quidem regi cautum esset, ad classẽ ipsam recuperandam. Quocunque præterea proficisceretur Cæsar, illuc etiam maxima cum militum manu cristianissimo Regi eundum erat. Postremo vsque adeo nullam amicorum suorum, eorumque, qui partes suas secuti fuerant, rationem habuit, vt ex his nonnullos relinquendos, voluerit. Hæc cum inhonesta omnibus his visa fuissent: atque etiam indigna: vt ab ipso quidem Cæsare peterentur, minime obseruanda censuerunt. Vt tamen nihil rex intentatũ relinqueret euocari ad se, plerosq; ex præstantioribus, ac primatibus Burgundiæ viris iussit

quibus cum rem oēm explicuisset, se in eiusmodi causa, nisi congregato totius prouinciæ cōcilio qd̄ q̄ responsuros negarunt. Quātum vero ad eos at-
tineret, nullo vnq̄ pacto huic alienationi assensu-
ros: quin potius apertum suarū fortunarū, ac vitę
periculum subituros. Itaq̄ cum ad conciliū illud (si
ue vt ipsi statum appellant) congregatum, ex fami-
liaribus suis aliquos destinaſſet, qui hortarētur ac
suaderēt, ne huiusmodi alienationi aduersarētur.
vnanimes in hanc sententiā respōderūt, se potius
quodcunq̄ vitę, aut bonorū discrimen subituros,
q̄ in alienam ditionem transire, quod si in eadē opi-
nione rex cristianissimus persisteret, vnū illd̄ effla-
gitabant, quod negari minime poterat, vt eis corā
Francię paribus ac senatu auditis, id agerent, qd̄ il-
li iure agendū cēserēt. At velle experiri, qd̄ status,
quid senatus Franciæ in hac causa sentirent, super-
uacaneū ōminovisum esset cristianissimo Regi. Si
quidē p̄ vicos, p̄ cōpita iam vulgo oēs alienationē
hanc, maxime detestabātur, se q̄ nullo mō assensu-
ros p̄dicabāt. Tandē ne qd̄ rex cristianissimus præ-
termitteret, Carolū proregē, qui aliquot dies apud
eū fuit, cuiq̄ facile erat oīa hęc oculis subiecta cerne-
re: rogauit sic apd̄ electū imperatorē ageret, vt ea q̄
nō tam inhonesta erāt, q̄ q̄ minime p̄stari poterāt,
tollerent, quorū in locū cōuenies p̄ redēptione pec-
cuniarū summa subrogaret, cōponeretq̄ inter cri-
stianos prius, iandudū optata pax, ac cōcordia, libe-
riq̄ sui obsides, sibi restituerent, neq̄ impedimēto
eēt Alienorē cōiugi dilectissime q̄ traducēdā i res-
gnū dederat, cū primū regni fines ingress⁹ fuisset,
q̄ min⁹ ad eū venire liceret. Qd̄ tamen si sepi⁹ literis
nūcijsq̄ ab eo efflagitatū fuisset, nec tā diuīo q̄ hūa-
no iure negari posset, assegt̄n in eā vsq̄ diē minime

*Burgundiæ pro-
ceres ad se uocat
cristianiss. rex.*

*Burgundiæ pro-
ceres negāt se pas-
suros ducatum i
alium transferri
Burgundiæ pro-
ceres petunt cor-
am paribus frā-
ciæ & senatu au-
diri.*

*Publicus rumor,
conuentioni disſe-
sum præstab. it.*

*Carolus prorex,
Neapolitan⁹ pa-
rtitionis dissensio-
nem coram intui-
tus à cristianissi-
mo rogatur ele-
cto i peratori nū-
ciare.*

*Legitiæ pacis cō-
ditiones loco ini-
quarū offert rex
cristianissimus.*

*Initum connubiū
diuino & huma-
no iure seruandū
pro parte sua ad
impleri petit cri-
stianissimus.*

potuerat. Quæ cum frustra sepius tentata fuissent ad extremum hoc, quod supererat, pro sua communique cristianorum salute, remedium deuentum est, vt cum sanctissimo domino PP. illustrissimoque duce, ac senatu veneto, foedus percuteret. Cui⁹ serenissimus Angliæ rex protector ac defensor esset: per quod vt facilius ad vniuersalem omnium regum ac principum pacem, atque concordiam deueniretur, relicta imperatori libera est facultas, habita dignitatis suæ ratione, qua foederi, huic se adiungat, si tamen liberam, quietamq; Italiam dimiserit, si infectas conditiones libertati Regis adiectas habuerit, veluti inhonestas, iniquas, atque impossibiles liberosque obsides restituerit, precio tamen pro redemptione sua exoluto. Cum hæc itaque per eum acta fuissent vt nihil tamē omnino omitteret, quo honori, ac fidei, omni ex parte satisfaceret, beatissimum Pontificem, Reuerendissimos presules, firmissimos ecclesiæ cardines, Ipsamque sanctam sedem apostolicam, quam in primis semper veneratus est, ceteros denique reges, ac principes cristianos, & eorum quemlibet rogauit atque obtestatus est, per eum qui rex regū est, quique nos preciosissimo sanguine suo redemit, vt hanc suam causam susciperent, ac defenderent pariter & indicarent, quid sibi agendum eēt, quid leges, quid iura, quid equitas suadeant, quid ve a Francorum Rege bello capto exigere cristiana religio concedat. Ea enim omnia obseruaturum se, nec vllō tempore violaturum, deo optimo maximo sanctę sedi apostolicę, ceterisque principibus asseruit ac pollicitus est.

C Hæc cum ita sint liberū ac facile iam vobis est, reges ac principes iudicare iustior ne fuerit electi

Fœdus cum Ro.
Ponti. & duce ac
senatu veneto per
cussus, cuius pro
tector serenissi-
mus Angliæ rex.

Conditiones cum
quibus relictus
est Carolo electo
imperator in fœ-
dere locus.

Cristianissimi re-
gis coram singu-
lis principibus cri-
stianis obtestatio
ac ingenuissima le-
gitimarum condi-
tionum pacis ob-
latio.

Epilogus.

CONVENTIONIS.

imperatoris, qui duras atque impossibiles leges imposuit: an cristianissimi regis causa, qui cum eas obleruare minime teneretur, nihil tamen quantū in se fuit vt firmam atque inuiolatam fidē suā præstaret, prætermisit.

¶ Agite igitur cristianissimi regis eiusque libero- *Conclusio.*
rum causam quę omnium regum, ac principum communis est, Ne sacro sancta hæc dignitas exole scat, cristianæque leges peruertantur, suscipite, obsecro, & adiuuate.

FINIS.

¶ Tetrasticon ad lectorem.

Fœdera vana putes, Ratio si desit, iniqua
Pactio, nec stringit, quod sacra iuravetant:
Ergo vbi vis, cogit, pacti conuentio nulla,
Compulsum, salua, non negat, ire, fide.



¶ Excudebat Petrus Vidouæus, Typis,
ac caracteribus suis, Mense
Augusto.

impotentia, qui dicitur adque impossibilis leges
impossibilem christianissimam regis curiam
obstante minime teneant, nihil enim in par
tibus vel in rebus adque in solentia adque par
tibus percurantur.

Agne igitur christianissimam regis cunctis liberos
viri calidamque omnium regum ac principum
communitas est. Ne solentia hac digne et ole
test, christianasque leges percurantur, inspicit op
tato & adiuvant.

FINIS.

Translato ad lectorem.

Exordia vana putat. Raro ille sit iniqua
Pactio, nec stringit quod sacra iuvantur.
Ergo vbi vis cogit pacti conventio nulla.
Compellunt, si non negat, ne fide.

Excebat Petrus Viduarus, Typis
ac caracteribus suis, Mense
Augusto.

FOR THE FORTUNA LABOR

τῷ πόνῳ ἀποκρίνετ' τύχη.



PAR SIT FORTVNA LABORI.